BOLLA DI PAOLO 2. ED ISTRUMENTO DI DONAZIONE FATTA DELLA...

Paulus 2.>, Bēssariōn

533
21
DI FIRENZE
NZ CENTRALE

533
21

533. 21

Estr. dall'Archivio Storico Italiano
Serie Terza, T. IX, P. II
Firenze, Tip. Galileiana, 1869

BOLLA DI PAOLO II

ED

ISTRUMENTO DI DONAZIONE

fatta della propria libreria dal cardinale Bessarione

AI PROCURATORI DI S. MARCO



Fra le Bolle originali esistenti nell'Archivio Generale di Venezia, e delle quali io sto compilando un Regesto, ne rinvenni una di Paolo II dei 16 settembre 1467, diretta al Cardinale Bessarione.

Essa contiene la revocazione impetrata dallo stesso Cardinale del dono dei suoi libri greci al monastero di S. Giorgio Maggiore. A tutti è noto che quell'illustre letterato orientale volle, con atto generosissimo, farsi imitatore del nobile esempio dato, molti anni prima dal Petrarca, che, elargendo la sua ricca libreria ai Procuratori di S. Marco, diede principio e fu il creatore della nostra Biblioteca Marciana. Ma non a tutti è noto parimenti che il Bessarione, prima di cedere alla Repubblica tutta intera la sua libreria, ne avesse già ceduta la parte greca al monastero di S. Giorgio. I molti scrittori di cose veneziane, trattando più o meno ex professo di questo argomento, ne fecero bensì un qualche cenno; però a nessuno venne l'idea di pubblicare e questa Bolla di revoca e l'Istrumento di donazione ai Procuratori di

S. Marco. Il Tommasini (1) si contentò di pubblicare il catalogo dei libri del Bessarione; il Lami (2) lo imitò, dimostrando però troppo evidentemente che la esattezza non eragli famigliare; il Morelli (3), il quale stampò a questo proposito una dotta Dissertazione, con brevi parole solamente accenna la prima donazione, e pubblica la lettera del Cardinale al Doge Cristoforo Moro e la risposta di questi al Bessarione; ma tralascia, forse perchè non ebbe la fortuna di trovarli, di pubblicare i documenti dei quali adesso è parola; il Romanin (4), infine, si riduce a copiare il Morelli, nulla aggiungendo alla mancanza di questi.

Dopo questo però non si può dire che i due documenti che io ho l'onore di presentare ai lettori dell'*Archivio Storico* sieno del tutto inediti. Un libro a stampa che trovasi nella Marciana (ch'io ebbi dalla gentilezza dell'eruditissimo Prof. Veludo vicebibliotecario), il quale ha per titolo: *Cathalogus Bibliotecae Venetae* (5), senza nome di autore e senza data di luogo e di tempo, ma non anteriore al 1600, contiene appunto e la lettera papale e l'instrumento di donazione ai Procuratori di S. Marco; ma e l'epoca remota in cui fu stampato il catalogo e la rara conoscenza che si ha di questo libro, mi hanno indotto a pubblicare di nuovo i due documenti, tanto più che, confrontata la bolla originale colla stampata, vi notai qualche differenza.

Più che tutto mi stava a cuore di poter pubblicare lo istrumento di donazione a favore del monastero di S. Giorgio; ma le mie investigazioni rimasero finora vuote di effetto. Mi rimane solo la speranza, che, col

(1) *Bibliothecae Venetae manuscriptae publicae et privatae*, Utini, 1650.
(2) *Deliciae eruditorum*. Florentiae 1740.
(3) *Operette*, Vol. I, Venezia, 1820.
(4) *Storia documentata della Repubblica Veneta*, Venezia.
(5) *Cathalogus Bibliothecae Venetae*, *seculo* XVII, in 4to. N. 2143. Biblioteca S. Marco.

riordinamento, iniziato e diretto dall'illustre cav. Gar, del nostro Archivio, sarò tanto fortunato di ritrovarlo per renderlo pubblico unitamente a tutti gli altri documenti che si riferiscono a questo importantissimo punto storico della nostra Biblioteca. Ecco pertanto i due documenti.

G. NICOLETTI.

Paulus (1) Epis. servus servorum Dei Venerabili fratri nostri Bessarioni Episcopo Tusculano salutem et apostolicam benedictionem. Si quibuscumque fidelibus in pie ac sanctis operibus ratione apostolatus officii sumus exhibitione favoris et auxilii debitores; quanto magis venerabilibus fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie Cardinalibus, qui lateri nostro continue adherent, ut preclaras et salubres ordinationes eorum pro majori illarum subsistentia immutare valeat omnem opem prestare debemus in hiis presertim que posteritati profutura sint et per que plurimorum ingenia illustrentur. Sane nuper in nostra proposuisti presentia quod olim tu habens plurime ad te spectantia librorum grecorum volumina et desiderans libros ipsos publicos fore et posteritati servire omnes ipsos libros grecos videlicet tantum monasterio S. Georgii Majoris Venetiarum de congregatione S. Justine ordinis sancti Benedicti inter vivos donasti riservato tamen tibi illorum dum viveres usu, hiis etiam conditione et modo adjectis, quod Abbas qui pro tempore foret et dilecti filii conventus dicti monasterii ipsos libros intra dictum monasterium in aliqua condecenti libraria reponere et cunctis ad ipsam librariam accedere et inibi legere ac studere volentibus aditum publice dare debere neque possent aut eis liceret prefatos libros aliquo modo vendere vel alienare nec illos vel aliquem illorum extra dictum monasterium alienis concedere preterquam in civitate Venetiarum nec tunc etiam absque sufficienti pignore, extra

(1) Paolo II è uno dei cinque papi veneziani. Pietro della famiglia patrizia Barbo, Cardinale di S. Marco, fu eletto papa il 31 agosto 1464 e venne coronato il 16 settembre, morì il 28 luglio 1471, in età di 54 anni dopo un pontificato di 6 anni 10 mesi e 13 giorni. I sigilli di piombo sospesi alle bolle di questo pontefice sono molto notevoli per la diligenza del lavoro: invece delle solite teste degli Apostoli, si veggono le figure intere, e dall'altra parte il papa seduto con la tiara in testa, attorno varie figure di cardinali e di ambasciatori.

civitatem vero predictam nulli etiam pignore accepto eos concedere possent. Si autem premissa non observarant ex tunc libros predictos patriarcatui Venetiarum cum predictis condictionibus legasti et ad illum devenire voluisti prout in quoddam publico instrumento desuper confecto etiam tuo sigillo munito dicitur plenius contineri. Cum autem in eadem expositione subjunxisti tu plerisque bonis respectibus et presertim quia cum monasterium ipsum sit in insula ad illud ex civitate predicta nisi navigio iri non potest et ad hoc ut volentibus studere aut legere seu ad ipsam librariam proficisci sit facilior aditus desideras predictos et multos alios etiam grecos per te post dictam donationem acquisitos nec non et latinos libros tuos per Procuratores S. Marci in ecclesia ejusdem S. Marci Venetiarum ad quam sine navigio ex dicta civitate itur et ubi verisimiliter per eosdem Procuratores diligentius securius conservari poterunt et teneri. Quare nobis humiliter supplicasti ut tibi predictam donationem revocandi nec non predictos et eos quos post modum ut prefertur acquisivisti etiam grecos et latinos libros ad te spectantes prefatae Ecclesiae S. Marci sub eorumdem Procuratorum qui ut plurimum viri preclari sunt custodia conservandos donandi nec non pro securiori custodia et diuturniori conservatione eorumdem librorum latinorum et grecorum ac faciliori studiosorum ad eos aditu in hujusmodi donatione quascumque condictiones et modos, prout tibi videbitur adjiciendi licentiam et facultatem concedere ac alias super hiis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes pios et salubres fructus qui ex premissa donatione et ordinatione tua in erudiendis quam plurimis et libri qui ut publici essent ac comuni utilitati servirent per illorum auctores magnis vigiliis compositi extiterunt conservandis subsecuturi sunt. Et propterea propositum tuum hujusmodi plurimum commendantes et opportunis favoribus juvare volentes hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue ut donationem eidem monasterio per te factam predictam non subsistente alia causa quam superius expressisti revocare nec non eosdem libros tam latinos quam grecos dicte Ecclesie S. Marci per illius Procuratores qui pro tempore fuerint et ut publice quorumcumque studiosorum legere vel studere volen-

Digitized by Google

tium usui serviant in loco congruo diligenter conservandos etiam inter vivos donare et circa illorum custodiam et conservationem ac faciliorem ad eos aditum quascumque conditiones et modos etiam quod ipsi Procuratores S. Marci qui pro tempore fuerint eos in aliqua libraria secure juxta S. Marcum collocare debeant et quod ad ipsam librariam cunctis studere vel legere volentibus publice pateat aditus et quod non liceat eisdem Procuratoribus aliquem dicterum librorum vendere vel alienare vel alicui concedere nisi in civitate Venetiarum et cum pignore sufficienti extra eamdem vero civitatem libri ipsi nemini quoque modo concedi possint aut alias quascumque ordinationes eidem donationi adjicere et desuper facere ipsorumque librorum vel aliquorum ex eis usum tibi dum vixeris reservare ac omnia et singula circa hec necessaria seu quomodolibet opportuna prout tibi videbitur facere disponere et exequi libere et licite valeas, plenam et liberam, auctoritate apostolica, tenore presentium licentiam et facultatem concedimus ac etiam potestatem non obstantibus priori donatione predicta ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis juribus ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Rome apud S. Marcum anno Incarnationis millesimo quadrigentesimo sexagesimo septimo, sextodecimo kal. octobris Pontif. nostri anno quarto.

fir. B. de Reate

Presso l'Archivio generale dei Frari Busta VI

Instrumentum donationis librorum.

In nomine Domini Amen. Anno a salutifera Nativitate Domini nostri Iesu Christi, millesimo quadrigentesimo sexagesimo octavo, indictione prima Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Pauli, divina Pro-

videntia, papa secundi, anno eius quarto, die vero quarta decima mensis mai. Cum hoc fuerit et sit quod Reverendissimus in Christo Pater et Dominus Dominus Bessarion (1), miseratione divina Episcopus Tusculanus Patriarcha Costantinopolitanus, cardinalis Nicenus, haberet plurima ad se spectantia librorum tam grecorum quam latinorum volumina, ipsosque grecos libros iam diu tantum donasset et titulo donationis inter vivos irrevocabiliter concessisset monasterio S. Georgi Maioris Venetiarum de Congregatione S. Iustine ordinis Sancti Benedicti, reservato tamen sibi illorum librorum grecorum, dum viveret, usu, sub certis conditionibus et pactis in ipsa donatione appositis et descriptis prout patere dicitur, publico documento, eius sigillo munito, manu ser Benedicti de Vulterris, seu manu cuiuscumque alterius notari apparere posset sub specie seu forma quorumcumque verborum ad quam veritatis relatio habeatur, cumque prefatus reverendissimus Dominus post dictam factam donationem per multos annos supervixerit et hodie supervivat adhunxeritque ac auxerit multos alios libros tam grecos quam latinos, considerans quod monasterium ipsum sit in insula ad quod nisi navigio iri non potest, ad hoc ut volentibus studere aut legere seu ad ipsam librariam proficisci, sit facilior aditus et ut facilius et commodius homines studiosi eis frui possent, propterea voluit et ordinavit dictam donationem revocare et libros non solum predictos grecos, quos tunc habebat, sed

(1) Il cardinale Bessarione fu greco d'origine. Abbandonata la patria, allorchè i Turchi se ne resero padroni, venne a Venezia, e tale fu la liberalità onde l'accolse la Repubblica Veneta e con lui tutti i profughi greci, che a ricompensarla di tanta gentilezza le volle depositaria della sua preziosa libreria: questa è almeno l'opinione del più. Il Bessarione fu uno degli uomini più dotti del suo tempo, e specialmente generoso mecenate agli studiosi; anzi trovo nella Relazione di Marin Cavalli Provved. di Candia 1573, 3 maggio (Collegio, Secreta, v), che si fa cenno di un Collegio Bessarion esistente in quell'isola, nel quale venivano educati coloro che intendevano dedicarsi al sacerdozio, però erano accettati solo quelli di rito greco, ma questa restrizione, secondo il Cavalli, era un motivo per cui si dovesse lamentare larga ignoranza nel clero di quell'isola. Il Bessarione dopo il Concilio di Firenze si consacrò interamente al servigio della Chiesa latina, e perciò nel 1463 lo si vede a Venezia come legato apostolico, inandatovi da Pio II a promulgare l'indulgenza per una nuova crociata contro i Turchi.

etiam quos postea acquisivit exceptis quibusdam ad officium divinum pertinentibus, Ecclesie Sancti Marci Venetiarum, tamquam solemnissimo loco, donare ut facilius et commodius ingenia plurimorum illustrentur, et ipsi libri publici forent et posteritati servirent, supplicaveritque Sanctissimo Domino nostro Domino Paulo divina Providentia Pape secundo, ut super hoc dispensare dignaretur, ipseque Sanctissimus Dominus noster per litteras apostolicas, plumbeo sigillo munitas dispensaverit atque concesserit, non obstante donatione eidem monasterio facta, nec etiam quacumque subsistente causa possit et valeat revocare et aliter remutare donationem predictam et de novo libros ipsos Ecclesie S. Marie donare et cum magnificis viris Procuratoribus eiusdem quecumque pacta inire. Quapropter prefatus Reverendissimus Dominus, omni meliore via, modo, iure, causa et forma, quibus magis melius et efficacius de jure fieri potest et debet, dictam donationem revocavit, irritavit et annulavit et pro irritata annulata et revocata haberi voluit et mandavit in omnibus et per omnia et ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc sua bona propria et spontanea voluntate et ex certa eius scientia et liberalitate per se, suosque heredes et successores donavit, titulo et ex causa donationis habere concessit irrevocabiliter inter vivos sacratissime Ecclesie sancti beatique Evangeliste Marci et inclite civitatis Venetiarum, in libraria ibidem conficienda, seu facta, aut constructa vel aliter deputata collocandos catenis effixos et magnificis viris Procuratoribus eiusdem Ecclesie presentibus et futuris et mihi notario infrascripto uti publice persone presenti recipienti et stipulanti vice et nomine ipsius Ecclesie S. Marci et Magnificorum Procuratorum eiusdem et omnium et singulorum, quorum interest intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum; omnes et singulos libros predictos tam grecos quam latinos, ad eum quomodocumque et qualitercumque spectantes et pertinentes, prout particulariter et distincte intitulati et nominati apparent per publicum inventarium in publicam formam redactum, manu mei Rosati quondam Mathei infrascripti publici notarii sub eiusdem Ecclesiae S. Marci Magnificorum procuratorum custodia et diuturniori conservationi eorumdem librorum latinorum et grecorum,

ac facilior studiosorum ad eos aditu et pro evidenti bono publico. Reservato tamen sibi in ejus vita usu eorundem librorum sub infrascriptis condictionibus, quod dicti Magnifici Procutores Ecclesie prelibate S Marci tam presentes quam futuri teneantur, libris predictis repositis et locatis in aliqua condecenti et convenienti libraria in ipsa Ecclesia seu apud ipsam Ecclesiam, cunctis ad ipsam librariam accedere et legere ac studere volentibus tam grecis quam latinis liberum aditum publice dare Neque possint aut eis liceat prefatos libros aliquo modo vendere et alienare nec illos vel aliquem illorum extra dictam civitatem Venetiarum aliquo modo alicui unquam concedere vel prestare sive mutare. In civitate vero ipsa concedere et mutuare possint ad transcribendum, legendum et postea restituendum. Et hoc cum pignore sufficienti et valoris dupli quam valeat liber et non aliter nec alio modo. Quam quidem donationem inter vivos et omnia alia et singula in ea contenta, cum pactis et condictionibus appositis prefatus Reverendissimus dominus cardinalis promisit et solemniter obligavit mihi notario infrascripto ut publice persone et publico officio fungenti, presenti, recipienti et legitime stipulanti vice et nomine dicte Ecclesie et Magnificorum Procuratorum eiusdem et omnium aliorum et singulorum, quorum interest, intererit, aut quandolibet interesse poterit in futurum, semper perpetuo et omni tempore, firmam ratam et gratam inviolabiliter tenere et observare et in nullo contrafacere dicere vel venire per se vel alium seu alios, aliqua ratione, exceptione, modo, causa seu titulo, sub obligatione ipsius et ipotheca omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, renuntians dictus Revdmus Dominus Cardinalis exceptioni dictarum donationis et promissionis non sic facterum, hujus instrumenti non sic vel aliter celebrati seu stipulati contractus, doli, mali in factum actionis et sine causa et ex non iusta causa et non insinuate donationie ultra quingentos florenos non valere sed tot voluit esse summas et quantitates singulas et diversas de per se que insinuatione non indigeant, privilegiis, immunitatibus, dignitatibus et omni alio legum et juris auxilio De quibus omnibus rogavit me notarium ut infrascriptum ut publicum conficerem instrumentum.

Actum apud Balnea Palatii Pape in agro Viterbiensi, presentibus reverendo in Christo Patre et Domino Domino Peracto Archiepiscopo Sypontino, egregiis doctoribus Domino Francisco de Brigidis et Magistro Valerio de Viterbio, venerabilibus viris domino Iohanne Francisco de Bentivolis, de Saxoferrato et Commendatario Abbatie Sancti Cristophori de Castello Duranto nullius diocesis, Domino Leonardo Priore Collegiote Ecclesie Sancte Marie Nove Viterbiensis, Domino Mathio Ruffo de Verona, domino Bartholomeo de Gaetia de Castello Duranto et Raphaele de Baldolis de Fulgineo, testibus omnibus notis et fide dignis ad predicta omnia et singula vocatis et rogatis.

Et ergo Rosatus quondam Mathei publicus imperiali auctoritate Notarius et Judex ordinarius predictis omnibus et singulis dum sic fierent et agerentur omnia et singula rogatus scriberem et publicarem aliis me occupato negotiis per alium mihi fidum, scribi feci et fideliter publicavi; et ad fidem omnium premissorum, signum meum solitum infresignavi.

Rosatus

Tratto dal *Cathalogus Bibliothecae Venetae*, esistente nella Biblioteca di S. Marco, Numero 2443